



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

d. l. si domus in si. ff. de leg. 1. cum alijs iam allegatis, & presertim cum hęc qualitas episcopatus adiecta monachatu augcat potius, quàm minuat, nam operatur, ut factus episcopus sit effectus capaxior quamplurium, quorum simpliciter monachus erat inhabilis, ac etiam liberior, quàm simplex monachus, ut quoad contrahendum, & cōsentiriendum, ac et quoad acquirendum, ut ex prædictis colligitur. ¶ Vltimo dictus Reuer. D. Episcopus quoad vixit in dicto officio militum, sciente, & patiente Papa toleratus fuit et ultra triennium, quā tolerantia quantum, & quot effectus operetur, longū esset referre, & cum hæc apud doctos, coram quibus hæc causa agitur, trita, & vulgaria sint, pretermitto. Quibus stantibus sequitur, quod eo modo, quo dictus eps potuit locum inter dictos milites obtinere, pariter in aliū illū transferre valuit, ut is, in quem translatio facta fuit, possit, saltē quoad administrationē, & distributionem dictum locū obtinere, prout ipse eps poterat. Et hoc modo declarando cessabunt omnia, quę ex opposito deducuntur, & considerari possunt, si ea recta mente percipiantur. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Verbis Papę narratiuis, super quibus ipse suam intentionem fundavit, est credendum.
- 2 Dicitio, ex, denotat causam proximam, & immediatam.
- 3 Hypotheca, & obligatio fructuum, aut aliarum rerum inducitur, & constituitur, quando in casu non solutionis, aut alterius contrahentis creditores ex pacto habent liberum regressum ad fructus, seu alias res, illasq; propria auctoritate percipere possunt.
- 4 Dicitio, super, adiecta certę rei quando pignoris obligationem importet.
- 5 Solutio annua faciendi ex fructibus, & in recompensationem commoditatis fructuum, quos percipit, diminutis fructibus etiam solutio mini debet. & nu. 23. & 24. ubi declaratur.
- 6 Obligatio solutionis annua faciendi ex, & super fructibus videtur conditionalis, si fructus nascantur, & per annos, quibus nati non fuerint, est remissio faciendi: & an, & quando id sit verum. nu. 23. 24. & 27. ubi declaratur.
- 7 Idē, si obligatio super certa portione fructuum alicuius rei pluribus annis solvenda facta esset. & nu. 23. et 24. ubi hoc declaratur.
- 8 Pensionis, seu portiones super aliquo titulo, vel beneficio impostę onus dicitur onus fructuum, & non tituli, tacitamq; habet conditionem, si fructus nascantur, & illis non natis, an solutio, an verò remissio sit faciendi. & num. 13. & quomodo id procedat. num. 25.
- 9 Portiones super aliquo titulo, vel beneficio assignatę, an sint idē, quod pensiones, an verò inter se differant, & quō usq; ad nu. 12.
- 10 Pensiones dantur, ut quid temporale, & non in titulum, & pensionem habens, non dicitur titulum, seu pensionem habere.
- 11 Pensiones non possunt cum beneficio permutari.
- 12 Et per mortē non vacāt, sed cum persona pensionarij extinguuntur.
- 14 Prelati, & milites celestis militia non tenentur ultra vires suę ecclesie de suo solvere, sed solum de fructibus, & bonis ecclesie.
- 15 Fructibus non natis, aut non perceptis, quando hæres, vel alius non teneatur.
- 16 Loci, seu materie appositio, ex quibus fructuum, seu pecunie quantitas solui debet, an, & quando censeatur facta gratia demonstrationis tantum, adeo quod etiam aliunde sit solvendum, & quando gratia conditionis, seu taxationis. & nu. 22. & 23. ubi hæc plenē declarantur.
- 17 Verba dispositionis in dubio sunt interpretanda potius demonstratiuē, quàm conditionaliter.
- 18 Interpretatio, per quam dispositio magis conservatur, magisq; effectum sortitur, est alijs preferenda.
- 19 Obligatus ad præstandum pensionem annuam constitutam a Papa censetur personaliter, & in genere obligatus, & propter difficultatem præstationis non excusatur.
- 20 Idem, quādo ratione tituli, quem habet in ecclesia, esset obligatus.
- 21 Emphyteota respectu cuius rei pensionem, vel canonem soluat, & quare integraliter etiam non perceptis in totum, vel pro parte

fructibus solvere debeat.

- 23 Solutio si adiciatur locus, vel materia, ex quibus solutio sit faciendi, an, & quando locus, vel materia sent demonstratiuē, & quando conditionaliter, & quando aliunde etiam solvendum sit, & quando secus.
- 26 Periculum casus fortuiti ad quem spectare debeat.
- 27 Fructus si ex certo fundo singulis annis debeantur, si uno, vel pluribus annis nati non fuerint, quid faciendum.

E P I T O M E.

PORTIONIBVS annuis ex fructibus, & prouentibus ecclesiarū, seu beneficiorum, quę alicui in titulu obenerunt, per Papam aliquibus constitutis, & assignatis, etiam cū onere iniuncto, ut titularis teneretur habentes portiones super titulis assecurare, præstando Banherios de triennio in trienniu, qui portionarijs deberent singulis annis solvere, & si ita cautū nō fuerit, seu annuatim non solutū, portionarij habeāt liberum regressum ad portiones fructuū, illasq; propria auctoritate percipere, & leuare possint, qd solum ex fructibus ecclesiarij, & beneficiarij, & nō aliunde, nec de suo titularis dictas portiones solvere teneatur, & pro illo tpe, quo fructus percipere nō potuit, qd ex fructibus annorū sequentiū, quousq; fuerit de oibus portionib; integraliter satisfactū, solvere debeat, nō aut sit pro illo tpe in totum liberatus, & portionarij debeant fructus sequentium annorum expectare, hic demonstrat.

C O N S I L I V M X V I I.

VISA, ac diligenter considerata bulla Apostolica, quę emanauit ad cōfirmationem portionū alias factarum per Reuerendissimos D. Cardinales tpe electionis Sanctissimi Do. nostri in cōclau existentes ex fructibus, redditibus, & prouentibus dignitatum, ecclesiarij, & officiorum ciuilem S. D. N. dum in minoribus existeret, super dubitatione, quę ad præsens inter R. D. Legatū Bononię, & R. D. de Rangonibus ex vna, & R. Do. de Cesis ex altera super solutione portionū quorundam annorum veritur; breuius, quā fieri poterit, me absoluiam, salua tñ semper præfatorum RR. DD. meliori, ac saniori deliberatione. Dubium igitur, quod inter eos in iudicio veritur, est, an R. D. de Cesis, cui ecclesia Claraualles in titulu obuenit, portiones fructuū, & reddituum, iuxta prouisionem, & assignationē dictis RR. Cardinalibus factam pro illis annis, quibus ipse R. D. de Cesis ob bella, & alias clades, quę in partibus Lombardię viguerunt, ex dicta ecclesia modicos, aut nullos fructus, & redditus percipere potuit, teneatur præfatis D. RR. portionarijs de iure solvere. Super quo dubio prius ad fauorem R. D. de Cesis pro parte negatiua, deinde ad fauorem RR. portionariorum pro parte affirmatiua argumentabor, demū, prout de iure verius mihi videbitur, difficultates remouēdo concludam. ¶ Pro parte itaq; negatiua in primis facit, præsupponēdo, qd portiones 37. factę, & assignatę RR. D. Cardinalibus in cōclau existentibus assignatę fuerunt non super titulis, nec respectu ulorum, sed super fructibus, & redditibus dignitatum, beneficiorum, & officiorum promoti, veluti ex uerbis bullę ostenditur, quibus Papa primo narrando dicit, qd per Collegium Cardinaliū constitutū, & ordinatū fuit, accedente consensu dicti S. D. N. qd ex fructibus, redditibus, & prouentibus dignitatu, & beneficiarij ipsius promoti fierent, & sic factę fuerunt portiones 37. inter ipsos Reuer. Cardinales distribuendę, quā diuisionē, ordinationē, & assignationē Papa motu proprio, & ex certa scientia approbauit, & cōfirmauit, nā hīs verbis sic narratiuis, super quibus Papa suā intentionem fundauit, & confirmauit, danda est fides indubitata, ut in cle. 1. de prob. deinde quasi circa fin. bullę Papa incidenter dicit, & narrat, ponendo hæc

hæc uerba, q̄ ipsi titulares antequā eis de titulis pro-
uideatur, portiones super eisdem titulis habētes asse-
curare, & cautelarē teneantur: Ex quibus uerbis nar-
ratiuis licet innui uideatur, portiones fuisse super ti-
tulis constitutas, tamen illis standum non est, quia su-
per eis Papa suam intentionem non fundauit, sed su-
primis. d. cle. 1. Ergo portiones constitutæ fuerunt su-
per fructibus, & non super titulis, ut etiam inferitur ex
2 illis uerbis, ex omnibus fructibus, &c. t̄ quæ uerba de
notant causam proximam, & immediatam, ut in l. 1.
§. ex incendio. per Bar. ff. de incē. rui. & naufr. Quod et
3 colligitur ex eo, q̄ in dicta bulla, circa fin. d̄. q̄ si per
ipsos titulares cautum non fuerit, seu annuatim solu-
rum, tunc ipsi Reuerendissimi D. Portionarij habeāt
liberū regressum ad portiones fructuum, & illas pro-
pria auctoritate percipere possint, & leuare: ex qui-
bus inferitur intentionis Papæ fuisse, quod pro portio-
nibus, & quantitatibus annuatim debitis, & soluēdis
fructus essent obligati, & hypothecati, ita. n. innuunt
dicta uerba. arg. eorum, quæ habentur per Barto. &
4 alios in l. 3. C. de pigno. ibiq; est bonus tex. Et̄ quam-
uis dictio super, importet pignoris obligationem, iux-
ta ea, quæ habentur per Bar. in l. fundus, quem. ff. de
annu. leg. per l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2. Bar.
in l. 1. post gl. C. communia delega. in l. col. Alex. in l.
rescriptum. §. si pacto. ff. de pact. & in l. ad diem. ff. de
uerb. obli. tamen id uerum est, quando dictio, super,
adicitur certæ rei dispositioni, ut in d. §. instituto. & p
Bar. in loco præall. non autem asseritur, & narratiue,
ut in casu nostro. ¶ Stantibus his inferitur, q̄ cum Re-
uerendiss. Do. de Cesis non potuerit ob bella, aliosq;
casus fortuitos percipere fructus dictæ ecclesiæ Cla-
raualensis, ipsi remissio faciendā est pro illo tempo-
re, ut aliquid soluere cogi non possit, nec teneatur:
5 nam ex quo titulares grauati fuerunt ad solutionem
dictarum portionum singulis annis in recompensa-
tionem commoditatis fructuum, quam ex titulis per-
cipiunt, iuxta ea, quæ habentur per Abb. in c. nisi es-
sent. de præb. Inn. in c. cum sit. circa fin. de decimis. &
in c. dilecto. extra de uerb. sig. & Dec. in consi. 183.
sequitur, q̄ diminuta commoditate titulum, de-
bet etiam minui solutio portionum. arg. tex. notab.
in l. forma. §. illam. ff. de cens. cum sim. ibi alleg. in gl.
l. 2. C. de alluio. & palud. lib. 10. & c. propter sterilita-
6 tem extra de locato, cum alijs. ¶ Preterea t̄ cum dictæ
portiones, & quantitates pecuniarum annuatim solu-
uendæ ipsi portionarijs sint debite ex, & super fructi-
bus ecclesiarum simpliciter, ut habetur in dicta bulla
ibi ex omnibus, & singulis fructibus, & fructus sint
percipiendi per ipsos dominos titulares, & non per
eos, quibus portiones solui debebant, sequitur, q̄ pro
illis annis, quibus fructus non fuerunt percepti, ipsi
domini titulares non debent esse obligati ad præsta-
tionem illarum portionum, sed ipsi remissio pro il-
lo tempore est de iure faciendā, nam ex quo facta fuit
obligatio simpliciter, & generaliter super fructibus
dictarum ecclesiarum, obligatio uidetur esse condi-
tionalis, si fructus nascantur. arg. l. 1. in fi. ff. de condi.
& demonst. & in l. interdum. ff. de uerb. oblig. ut colli-
gitur ex ijs, quæ ponit Bar. in l. cotē. §. qui maximos.
ff. de public. in fi. 3. col. cum seq. & in q. incip. Publica
7 nus. ¶ Secundū t̄ si dicamus, obligationem portio-
num, & quantitarum annuatim soluēdarum factam
fuisse nō super fructibus simpliciter, & in genere, sed
super certa quantitate fructuum, adhuc v̄ esse con-
cludendum, q̄ pro illis annis, quibus fructus percipi
non potuerunt, sit faciendā remissio, & q̄ titulares
non teneantur ad præstationem illarum portionum,
quia ubicunq; debetur certa quantitas fructuum ali-
cuius rei pro pluribus annis, tunc fructibus non per-

ceptis remissio fieri debet, & tanto magis, quādo fru-
ctus erant percipiendi per eum, qui singulis annis sol-
uere tenebatur, ut colligitur ex uerbis Bar. in d. l. qui
maximos. in 3. col. quasi circa fin. & in d. q. incip. Pu-
blicanus. Sed in casu nostro certa quantitas, & portio
pecuniæ debetur ex fructibus singulis annis per ipsos
titulares, qui etiam fructus percipere debēt, ergo &c.
8 ¶ Tertiū t̄ cum, ut dictum est, hoc onus portionum
sit onus fructuum, & non tituli simpliciter, & imme-
diatē, prout onus pensionis similiter d̄ onus fructuum
& nō tituli simplr. iuxta ea, quæ h̄r per Inn. in d. c. cū
non sit. per Dec. in d. consi. & gl. in c. quæsti. 16. q. 1. in
tantum, q̄ onus pensionis dicatur habere tacitam cō-
ditionem, si fructus nascantur. d. l. 1. in fi. & d. l. inter-
dum. sequitur, q̄ sicut titulares non tenentur ad solu-
tionem pensionum, si fructus non fuerint nati, & fa-
ciendā est remissio pro illis annis, quibus fructus ab-
que culpa titularis non potuerunt percipi, qm̄ præla-
tus de suo pensionem soluere non teneatur. Abb. in d.
c. nisi essent. de præb. & latē Fel. in c. ad audientia. il. 2.
in ult. col. de rescr. Ita in terminis nostris Reuerēdiss.
domini titulares non erunt obligati soluere portio-
nes, de quibus in bulla, nisi perceptis fructibus, & si a-
liquo tempore percepti non fuerint, non erunt pro
illo tempore ad solutionem grauati, qm̄ esset incon-
ueniens, & absurdum, q̄ de suo teneantur. Nam si ra-
tione beneficij, & fructuum eiusdem tenentur, nō de-
bent de suo teneri, cum debeat nos beneficio iuari,
non autem grauari, nec decipi, ut in c. unico. extra de
commoda. & l. in commodato. §. sicut. ff. de commoda.
9 Et t̄ quāuis hæc portiones, de quibus in bulla, propriē
non sint, nec dicantur esse pensiones, tum quia pen-
siones cōter dātur alimonie causa ad tradita per Fel-
ly. in d. c. ad audientiam. & Rom. in consi. 388. hæc au-
tem portiones fuerūt alia ratione assignatæ, ut in bul-
la habetur, tum et̄, quia t̄ pensiones censentur dari, &
10 assignari, ut quid temporale, & non in titulum, adeo
q̄ qui pensionem habet, non d̄ habere titulum, nec
beneficium. arg. d. c. nisi essent. cum ibi not. & per gl.
in d. c. quæsti. Anto. & Card. in c. constitutus. de relig.
dom. Bald. in d. c. ad audientiam. il. 2. & habetur per
Doct. maxime Moder. in c. postulat. de rescr. Card.
& Imo. in cle. 1. §. 1. in 3. q. de supplen. negl. prelat. hæ
uerō portiones censentur ut quid spirituale, & dicun-
tur concessæ in titulum, & loco beneficij, ut in bulla,
tum et̄ quia t̄ pensiones non possunt cum beneficio,
11 & sic cum spirituali permutari, quia esset simonia, &
daretur temporale pro spirituali. arg. c. cum pridem.
de pactis. c. si. c. qualis. de rer. permut. c. præterea.
il. 1. & il. 2. & c. constitutus. de transact. hæc autem por-
tiones possunt cum beneficijs permutari, ut in bulla.
Tamen si has portiones uolumus assimilare, illas po-
tius æquiparabimus pensionibus, quā alijs: sunt. n.
constitutæ ad instar pensionum, & cum illis conue-
12 niunt in hoc, q̄ t̄ sicut pensiones per mortem non ua-
cant, sed cum persona pensionarij extinguuntur, ut
in d. c. nisi essent. ibiq; Doct. & Card. in d. cle. 1. in 6. q.
ita hæc portiones, ut habetur in bulla circa fin. Et ideo
de pensionibus ad has portiones argui poterit. argu.
l. 1. §. si quis seruum. ff. de positi. l. eum, qui. §. 1. ff. de com-
moda. l. naturalis. circa fi. ff. de præscr. uer. & Bar. in l.
si uno. §. cum quidam. in ult. col. ff. locati. Quare sicut
13 t̄ pensiones, quæ imponuntur super fructibus benefi-
ciorum, dicuntur impositæ taxatiue, & non demon-
stratiue, quoniam fructus sunt expressi gratia taxatio-
nis, ut prælati illas soluere teneatur ita demū, si fru-
ctus extent, & percepti fuerint, & non aliter, ut per
Abb. in d. c. nisi essent. & Dec. in d. consi. gl. in d. c. quæ-
sti. & arg. l. nomen debitoris. §. uni ex heredibus. ff. de
leg. 3. l. si quis seruū. §. si quis legauerit. l. Lucius. §. ci-
uibus.

ui deberent, quia mandauit dominis titularibus, vt præstarent bancherios de triennio in triennium, qui portionarijs deberent singulis annis soluere, ergo vñ dicendum, qd ipsi titulares, seu bancherij pro eis integraliter dictas portiones singulis annis soluere teneantur, siue fructus, & redditus perceperint, siue non. ¶ Hæc sunt, quæ pro nunc hinc inde possunt allegari, ex quibus res magis dubitabilis effecta vñ. ¶ Verū his non attentis, arbitror de iure concludendū esse, qd Reuerendiss. dñs de Cesis, cui titulus dictæ ecclesiæ Claraualensis fuit assignatus cum onere soluendi singulis annis Reuerendiss. dñis portionarijs portiones ex fructibus, prout in bulla, non teneatur de suo, nec aliunde ex alijs rebus, sed solum ex fructibus, & redditibus dictæ ecclesiæ singulis annis soluere portionarijs, & si pro aliquibus annis fructus, siue redditus ob bella, uel alios casus fortuitos percipere non potuerit, pro illis annis non censeatur absolutus, quin ex fructibus annorum sequentium integraliter portiones omnium annorum et præteritorū soluere teneatur, & consequenter hoc, qd ob aliquos casus non potuerit fructus percipere, non totalem liberationem, sed dilationem ad soluendum, & remissionem solum ad tempus operetur: & ad sic concludendum moueor.

23 ¶ Ex doctrina Bar. cōiter approbata, ueluti attestatur Alex. in d. l. inter stipulatem. §. sacram. ff. de verb. oblig. qui post Pet. ibi. & Cyn. in d. l. si quis argentum. in fi. C. de donat. notabiliter distinguit, ex cuius verbis plura inferuntur, per quæ deciso casus nostri colligitur: Et primo inferi hoc, qd locus, seu materia, ex quibus quid solui debet, dñ adici gratia demonstrationis, qñ adicitur præstationi, seu executioni in alia, & diuersa oratione, ut quando dictum esset, promitto, vel lego decem mensuras vini, uel frumenti, vel ro. ducatos, quos volo debere solui, & præstari ex tali fundo, seu ex fructibus talis rei, nam tunc id, quod est promissum, seu legatum, debetur statim, & purè, vel ex illo loco, siue ex illa materia, uel aliunde, et ex illo loco, siue materia præstari non possit, quia nihil natum, siue perceptum fuerit. l. Lucius. ff. de alim. & cib. lega. l. quidam testamento. in prin. ff. de lega. 1. & l. Paulo Callimacho. in fi. ff. de leg. 3. quæ iura propriè hoc in casu loquuntur. secundum Bar. ibi. & hic non est casus noster. ¶ Secundum est, quod inferitur ex verbis distinctionis Bart. in d. §. sacram. qd qñ locus, seu materia adicitur conditionaliter, & taxatiuè, ut qñ adicitur principaliter obligationi, & non executioni ni, vt quia adiciatur in eadem oratione per relatiuū quis, uel qui, puta, si dictum esset, lego, uel promitto 10. corbes frumētū, uel uini, quod ex tali fundo nascetur, uel 10. ducatos, qui ex fructibus talis rei percipiuntur, & tunc si una tantū est præstatio faciendā, & pro uno anno tantū, debetur, si natum fuerit, & perceptum ex tali re, & non aliter, adeo, qd si vinum, uel frumentum natum non fuerit, nec aliquid ex fructibus perceptum, debitor non tenetur, & in totum liberatur, ut est tex. l. cū certus. ibiq. gl. ff. de vino, & oleo, triticoq. lega. l. si debitor. §. uerisimile. ff. de contrah. empt. & declarat Dec. in consi. 183. in uers. non obstat. Et hic non est casus noster, quia hic non fuit adiecta materia per relatiuū quis, uel qui, sed aliter, item non erat una duntaxat præstatio faciendā pro uno anno tantū, seu semel, sed pro pluribus annis, inter quæ maxima est differentia in terminis nostris, ut est de mente Bar. & aliorum. in d. §. sacram. & gl. in d. l. cum certus. & in l. ex eo. ff. de vino, & oleo, triticoq. legat. Præterea etiā in casu, quo adiectio loci, seu materiæ facta esset taxatiuè per relatiuū quis, uel qui, ut quia materia esset adiecta principaliter obligationi, & plures faciendæ essent præstationes annuæ, si in uno an-

no non posset aliquid præstari, nec solui, ut quia nihil natum fuisset, uel aliquo casu percipi non potuisset, tunc debitor pro illo anno nō liberatur, sed quod deficit in uno, suppletur ex iis, quæ postea in primo anno sequenti, uel ex alijs sequentibus immediatè perciperetur. l. legatum. §. vini falerni. ff. de annuis lega. d. l. ex eo. cū glo. & est glo. not. in d. l. cum certus. Sed in casu nostro locus, seu materia adicitur taxatiuè, uidelicet obligationi principaliter, & plures sunt faciendæ præstationes annuæ de certa quantitate, ergo licet uno anno, seu pluribus non potuerit ob bella, casusque fortuitos solui, aut præstari id, quod singulis annis erat præstandum, tamen ob hoc non debet dici dictus Reuerendissimus dominus de Cesis pro illo tempore totaliter absolutus, sed supplendum, & satisfaciendum erit de fructibus annorum sequentiū, donec integraliter fuerit satisfactum dominis portionarijs etiam pro omnibus annis præteritis. ¶ Tercio inferitur ex uerbis Bart. in d. §. sacra. qd quando locus, seu materia adicitur taxatiuè non per relatiuū, sed per alia uerba in una, eademq. oratione, & principaliter obligationi, adiecta puta dicendo, lego, seu promitto decem mensuras uini ex tali fundo, seu mil le aureos ex fructibus talis ecclesiæ, tunc si plures sint præstationes faciendæ siue mensuræ, siue annuæ, præstatio est faciendā duntaxat ex illo loco, seu ex illa materia, & non aliunde, & expectantur fructus sequentium annorum, si in primo anno, seu in pluribus annis non sufficerent, ut quia minus, uel nihil fuerit ob bella, aut alios casus fortuitos perceptum. d. l. inter stipulatem. §. sacram. & l. firmio. in princ. ff. quando dies lega. ced. & non solum unus annus sequens, sed etiam duo, & plures sunt expectandi, donec pro omnibus etiam præteritis fuerit integraliter satisfactū, ut inquit Bart. per illum text. in d. §. sacra. quicquid dixerit glo. ibi, quæ uoluit, duos annos tantum sequentes esse expectandos, quoniam illa uidetur esse contra generalitatem, & mentem d. §. sacra. in uers. si stipulatus, ubi est casus clarus. ¶ Præterea ex quo obligatio est in genere de certa quantitate fructuum, seu pecuniæ, ea non dicitur esse conditionalis, si fructus nascuntur, sed in diem, ut in d. §. certam. ibiq. Barto. Nec obstat text. in l. 1. in fi. ff. de condit. & demon. & in l. interdum. ff. de verb. oblig. ubi obligatio fructuum dicitur esse conditionalis, si fructus nascuntur, & ideo illis non natis debitor liberatur, nec amplius tenetur, quia illa iura loquuntur, non qñ certa quantitas fuit promissa, & debita, sed quando fructus certæ rei simpliciter, & indefinitè debentur. Et hic est propriè casus noster, in quo locus, seu materia fuit taxatiuè, & principaliter obligationi, & in eadē oratione absq. relatiuō adiecta, pluresq. sunt præstationes de certa quantitate faciendæ. Quamuis igitur uno anno, uel pluribus non potuerit satisfieri de quantitate debita ex fructibus dictæ ecclesiæ Claraualensis, propterea quia fructus ob bella percipi non potuerunt, tamen Reuerendissimus dominus de Cesis non ex alia re, sed ex fructibus dictæ ecclesiæ annorum sequentium tenetur integraliter soluere etiam pro annis præteritis per prædicta. Et quod hic propriè sit casus noster, satis apertè constat ex uerbis bullæ, quibus dñ, qd ex fructibus, & redditibus dignitatū, beneficiorū, & officiorū ipsius promoti constituta fuerunt portiones 37. distribuendæ, prout distributa fuerūt inter ipsos Cardinales, qui electioni Sanctissimi Domini nostri interfuerunt: quæ omnia sunt cōprehensa sub eodē constructu uerborū, & fructus, ac redditus fuerūt adiecti principaliter obligationi, & nō præstationi, seu executioni, quia in alijs oronibus fuerint plures aliæ qualitates, & conditiones ipsis portionibus adiectæ.

Et sic ex hac distinctione Bar. in d. §. sacram. decidi vñ casus noster, quā sequitur Paul. Cast. in d. consi. 335. q. ferē in terminis consulendo vñ casum nostrum decidere. Et hanc distinctionem Bar. sequuntur et Doct. cōiter, vt attestatur Alex. in d. §. sacram. idemq; voluit Bar. in l. Lucius. ff. de alim. & ciba. leg. Rom. in singu. suo 333. sequitur Fel. in d. c. ad audientiam. il. 2. in vlt. col. ac sequuntur etiam Domini de Rota in d. decisi. 869. de testa. in antiq. incip. lego. eandemq; distinctio nem ponere vñ gl. in d. l. cum certus. & nobis ad propositum optime seruit id, quod voluit Abb. in d. c. nisi essent. de prab. qui dixit, q. quando praelatus tene tur annuatim dare certam quantitatem pecuniae, seu fructuum, vt speciem quandam de fructibus priora tus, eo ipso, quod non potest de illis redditibus dare, liberatur; & ex hoc inferit, q. existēs in dignitate, qui est obligatus ad solvendam singulis annis certam pen sionem, non percipiens omnes redditus, ex quibus possit solvere, non tenetur de suo, nec aliunde solue re, sed prout habetur in d. l. legati. §. vini falerni. qui text. in terminis probat, q. pro illo anno, quo vinum natum non fuerit, solui debet ex fructibus, seu ex vi no annorum sequentium. Vnde quamvis praelatus di catur quodammodo liberatus quoad præsens tem pus, non tamen dicitur effectualiter liberatus, quin illud solvere teneatur de eo, quod annis sequentibus percipitur, vt est casus clarus in dicto §. vini falerni. & hæc est mens Bar. allegando illum tex. arg. eorum, quæ dicit idē Bar. in l. non solū. §. liberationis. ff. de li bera. leg. Ex quibus inferri potest ad casum nostrum, q. Reuerendiss. Dom. de Cesis tenetur satisfacere de portionibus annorum præteritorum, quibus ob bella non potuit fructus dictæ ecclesiæ percipere, ex fru ctibus annorum sequentium immediate, donec por tiones omnes etiā annorum præcedentium fuerint integraliter solutæ, etiā si ipsi nihil remaneret, & non possent solui portiones sibi debite, qm̄ ad ipsum tan quam ad dominum periculum casus fortuiti specta re debet. l. quæ fortuitis. C. de pig. act. l. si inter. §. quic quid. ff. de pign. §. si. Inst. quib. mod. re cōtrahi oblig. & l. necessario. & per totum. ff. de peric. & commo. rei vend. Et prædicta confirmo ex ijs, quæ no. voluit Bar. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de public. in 3. col. dum dicit, q. si quis sit obligatus dare singulis annis cer tam quantitatem fructuum ex certo fundo, si fructus vno anno nati non fuerint, seu aliquo casu haberi non po tuerint, tenetur non ex alia re, nec aliunde solvere, sed ei remissio pretij facienda erit, vel expectari debebit, q. iterum ex illo fundo nascantur, vt ex illis solvere possit, & allegat tex. in d. l. si debitor. §. meminisse. ff. de contrah. emp. & not. per eum in d. §. sacram. & per Cyn. in d. l. si quis argentum, in fi. ¶ Ex præmissis itaq; remanet firma conclusio, q. Reuerendiss. Do. de Cesis tit ularis non dicitur liberatus a solutione portionū pro illo tempore, quo ob bella non potuit fructus, & redditus dictæ ecclesiæ percipere, ex rebus tamē suis, & aliunde non tenetur eas solvere, sed ex fructibus, & redditibus annorum sequentium dictæ ecclesiæ, quo usque fuerit integraliter satisfactum de omnibus por tionibus dictis Reuerē. DD. portionarijs per ea, quæ supra plenē allegata fuerūt, ex quibus clara potest col ligi responsio oibus supra adductis, quæ hanc deter minationem facere videntur, qm̄ ne idem sapius re petatur, aliter super responsione eorum, quæ huic cō clusioni videntur ob stare, non insisto. Laus Deo.

S V M M A E.

1 Compromissum factum de alto ad bassum, & de facto in aliquem, vt arbitratorem, sequito arbitramento, dicitur quedam transactio.

2 Transactio facta super re spirituali, & super titulo beneficij tan

quam simoniaca non valet, & si per eam non est extincta, sed adhuc durat, & super illa procedi potest.

3 Compromissio amicalis super titulo beneficij, & super re spirituali, vt valeat, quid requiritur.

4 Et quid de compromisso facto de alto ad bassum, & de facto.

5 Transactio super iure spirituali facta cum onere præstandi cer tam pensionem tanquam simoniaca non valet.

Idem de compromisso facto de alto ad bassum, sequito laudo cum onere solvendi certam pensionem.

6 Transactio, seu compositio, & compromissum super re spirituali, titulo beneficij potest auctoritate Episcopi, seu iudicis, coram quo litigatur, fieri, & quando.

7 Ius spirituale cum onere solvendi pensionem non potest per trans actionem, & compromissum remitti.

8 Praelatus ecclesiæ maioris si eximat ecclesiam inferiorem cum re servatione certæ pensionis facta persone, & non loco, exem ptio illa non valet.

9 Pensionis constitutio facta per Vicarium Episcopi ex potestate sibi à partibus in compromisso concessa non valet, etiam si auctoritate Papæ facta fuisset.

10 Pensionem constituere Vicarius Episcopi non potest, nisi hoc sibi specialiter fuisset ab Episcopo concessum.

11 Laudum latum ultra contenta in compromisso non valet.

12 Regula de triēnali possessione, quomodo procedat, & intelligatur.

13 Et quod non habeat locum, quando principaliter agitur de titulo, seu de proprietate beneficij.

14 Dominium quando ex possessione presumatur, & probetur, & quando secus.

15 Ius superueniens, & titulus multiplicatus, etiam in beneficia libus prædest.

E P I T O M E.

COMPROMISSUM factum de alto ad bassum, & de fa cto super titulo beneficij, & iure spirituali, & laudum inde sequutum cum onere solvendi certam annuam pensionem, non valere: nec litem, super qua compro missum factū fuit, esse extinctā, & finitā, hic probat.

C O N S I L I V M X V I I I.



VPER pūcto mihi exhibitō paucis me expe diam. nam visis, & benē consideratis ijs, quæ in eo continētur, & præsupposito bo no iure, quod Antonio cōpetebat super beneficio ante tempus compromissi facti in Vicariū Episcopi, vñ oīno de iure concludendum, q. compro missum factum in dictum Vicarium inter Franciscū ex vna, & Antonii ex alia cum omnibus inde sequutis, & sic laudum, siue arbitramētum inde sequutum non valuerit, nec iuribus Pauli habentis iura cessa ab Antonio super dicto beneficio aduersetur, & in pri mis moueor, quia ¶ compromissum factū de alto ad bassum, & de facto in aliquem, vt in arbitratorem, se quito arbitramento, dī quædam trāfactio. Bar. in l. i. §. & post operis. ff. de no. op. nun. gl. in auth. vt differ. iud. §. si verō. colla. 9. auth. si verō. C. de iud. l. no. in c. quinquauallis. de iureiur. & Abb. in c. 2. de arbi. Sed ¶ trā factio facta super re spirituali, & super titulo beneficij tanq̄ simoniaca non valet. c. constitutus. cum seq. & sequ. & c. super eo. de transact. in tantum, q. omnibus reuocatis in irritum lis, & causa, super quibus trans actio facta fuit, non dicitur extincta, neq; finita, sed du rare, ac super ea procedi, & cognosci potest, vt est bo nus tex. in d. c. constitutus. in fin. & facit id, quod voluit Fely. in c. capitulum. in vlt. colum. de rescr. ergo compromissum factum de alto ad bassum, & arbitra mentum inde sequutum de iure non valet, & per il lud lis in casu nostro nō dicitur finita, neq; extincta, sed durare, & super illa procedi poterit. ¶ Et ¶ quamuis cōpositio amicalis super titulo beneficij, & sic super re spirituali valeat, tamen requiritur, quod sit